De qno pluribus autor Poloniæ defensæ, contra Barclaji Iconem animorum, ~~Illum~~ quem non nulli Staravolscium putant.

Lignum ædificiis, mel & frumentum potui, sal, frumentum, pecus, cibo sufficiunt. Pecus & vestes præbet. Ædificia, cibus potus, vestes sufficiunt vitæ necessitatibus, Polonia ergo alendis hominibus sufficit. Porro hominum Polonia tantum habet, quantum terra postulat. Regio verò, quæ tantum hominum habet, quantum colendæ & tuendæ terræ, tantum rerum, quantum alendis hominibus sufficit, ea sibi sufficit.

Habet scilicet sua bona in potestate, potest cuncta sibi præstare, modo & velit, seu studium & artem copiæ addat, ab exteris certè non pendet.

Ergo Polonia sibi sufficit.

Scio, Georgium Oszolinskium, magnú virum,